INDEX
LOCVPLETISSIMVS RERVM, AC VERBORVM NOTABILIVM,

In Commentaria Alexandri de Neuo Vincentini, Super I. II. III. & IIII. Decretalium Libros;

FIDELITER SERIEQ. ALPHABETICA DIGESTVS HACTENVS NON IMPRESSVS.

Quæ Commentaria Perilluſtri, ac Reuer.^mo HIERONYMO RAGAZZONIO Bergomi Epiſcopo, ac Sanctiſsimi D. N. ad Chriſtianiſsimam Maieſtatem Nuncio dicata ſunt.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Iuntas, MDLXXXV.

PERILLVSTRI, AC REVERENDISS.

HIERONYMO RAGAZZONIO,

BERGOMI EPISCOPO,

AC

S.mi D. N. SIXTI QVINTI

ad Christianissimam Maiestatem Nuncio.





NIHIL mihi, Illustrissime RAGAZZONI, *magis erat in votis, quam ut, quanta Te obseruantia prosequor, testatum apud omnes relinquerem. Et sane cecidit, ut optabam. Nam, etsi, impares vires voluntati esse, necessario mihi est confitendum, tamen, cum ex omnibus virtutibus maxime in Te elucere humanitatem homines intelligant, non possum non mihi maxime gratulari, quacunque occasione oblata animum meum Tibi declarandi. quod cum facio, non Tibi tantum, sed uniuersæ Familiæ Tuæ, cui maxime me debere sentio, gratificari videor. Nec vero in hoc me auribus Tuis verba dare velim putes: sed potius, ne, occasionem hanc nactus, eam mea culpa amisisse videar, & mihi ingratitudinis nota inuratur. Non Tu id spectas, scio, ut præclara Tua facta celebrentur; sed, quo Tu id Tibi minus re ipsa placere ostendis, eo magis homines debent ijs prædicandis iudicij sibi laudem quærere, & ad posteros tamquam exemplum transmittere, & imitandum proponere. Quæ igitur Familia Tua, iamdiu non solum stemmatibus, sed & virtutum omnium splendore clarissima, laude digna gesserit, ea si recensere vellem, non posse me pro eius dignitate id facere præclare noui. Iacobus enim, Frater Tuus, (ne antiqua repetam) præstanti virtute vir, publicam utilitatem semper præ oculis habens, Christianæ Reip. inseruiens, Mariam, olim Angliæ Reginam, post Eduardi VI. mortem Regnum illud, a Pontificis obedientia alienatum, ad pristinum statum reducere cupientem, sua facilitate ita iuuit, ut & ipsa voti compos fieret, re effecta, ipseque magnam sibi laudem compararerit. In quo negotio Fratrem quoque Tuum Victorium, Summi tunc Pontificis cubicularium, non sine magna ipsius quoque laude, sedulum habuit adiutorem. Quam vero prudenter apud Turcarum Imperatorem, a Serenissima hac Rep. difficillimo tempore maximis de rebus missus, se gesserit, anno M D LXX. nemo est, qui nesciat. nec tamen eius tunc temporis omnia præclare gesta omnibus patent. maiora enim, quam vix credi possit, effecit, quæq. ad Christianæ Reip. utilitatem vel maxime conducebant. Ut negotium difficillimum, arduum, maximiq. ponderis, iure in eum caderet, qui Patriæ omnia se debere (quod optimi ciuis est) & profitebatur, & re ipsa, nullis incommodis, neque vitæ ipsi parcens, præstitit. Nec minus notum est, quam prompte ipse una cum fratre Placido Patribus amplissimis, in bello, quod necessario postea gestum est, semet, & nauim unam, vestris impensis armatam, & instructam, pro Rep. iuuanda obtulerit. Quam quidem erga patriam charitatem, pietatemq amplissimus Senatus agnoscens, Placidum, Fratrem Tuum, fidum, & prudentem virum, in illa angustissima, calamitosaque annonæ caritate selegit, qui in tanta necessitate opem afflictæ Patriæ afferret; cura ei ad comportanda ex Sicilia frumenta unice, & obnoxie demandata. In quare quam prudenter, vigilanter, & fideliter se gesserit, Principum omnium, quibuscum egit, gratiæ se insinuans, & saluti omnium prospiciens, testis locuples est Senatus amplissimi grata illa recordatio, qua in nobilissimum, & perpetuum feudum, Castrum S. Odorici Vobis adiudicauit, & tradidit. Neque illud prætereundum videtur: quod, cum apud exteras nationes perpetuo vitæ tenore Frater tuus, Iacobus inquam, animi candore, & virtutum splendore semper innotuerit, non mirum postea fuit, si Henricum III. Galliarum Regem in hospitium suum Fori Iulij tam regaliter, & splendide exceperit. Id quod post-*

modum etiam Serenissimæ Imperatrici, in Hispaniam illac tunc transeunti, magna sua cum laude præstitit. Cui quidem, vt libenti, & alacri animo eam excepisse ostenderet, semet, vna cum vndecim pulcherrimis filijs, liberalissime in obsequium obtulit. Ad Te autem nunc mea se conuertit oratio, Illustrissime HIERONYME, *qui singularis Tuæ prudentiæ, virtutumq. Tuarum tam amplum specimen semper omnibus præbuisti, vt non solum Patriæ charissimus semper fueris, verum apud Summos quoque Pontifices ita clarueris, vt inter primates Ecclesiæ Romanæ proceres sis iamdiu cooptatus, trinaq. iam Episcopatus dignitate functus, apud Concilij Patres gratissimus fueris; adeo, vt nunc, apud Christianissimum Galliarum Regem honestissima pro Summo Pontifice legatione fungens, omnia de Te maiora augurari nobis liceat. tum, vt Tu virtutum Tuarum præmium consequaris; tum, vt nobis sæculum aureum restituas. id quod si aliquando continget; quid gratius, quid iucundius, quid magis in votis euenire omnibus poterit? Sit igitur interim Alexander Neuus, Vicetinus, Vicetinæ, Taruisinæq. Ecclesiæ Canonicus, ac in florentissimo Gymnasio Patauino Iuris Canonici ante centesimum annum Interpres clarissimus, mihi non dicam ad Tuam beneuolentiam aditus, verum obseruantiæ meæ si non quale vellem, saltem quale nunc mihi datur, exiguum testimonium, donec maiora se offerant, quibus animum meum Tibi addictissimum & Tibi, & omnibus probare possim. Deus Opt. Max. Amplitudinem Tuam fortunet.*

Venetijs, Kal. Iun. M D LXXXV.

Illustrissimæ, & Reuerendissimæ D. T.

Obsequentissimus,

Lucas Antonius Iuncta.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM OMNIVM AC VERBORVM MEMORABILIVM,

Quæ in Commentarijs ALEXANDRI DE NEVO Vincentini, SVPER DECRETALIVM LIBROS CONTINENTVR. SERIE ALPHABETICA DIGESTVS:

Cuius 1. numerus marginalis primum Tomum significat, 2. secundum, 3. tertium, 4. quartum.

INDEX

c. actio

INDEX

A'ter-

Appel-

I N D E X

Appel-

Appella-

INDEX

Appel-

nou.

INDEX

Argu-

INDEX

ben-

INDEX

carce-

INDEX

INDEX

INDEX

conde

confes-

confir-

consen-

INDEX

consti-

con-

INDEX

INDEX

INDEX

Delictum

INDEX

dies

INDEX

Dilatio

Distri-

INDEX

E

Ecclesia

INDEX

Episcopus

4 Aequa-

INDEX

exce-

INDEX

INDEX

exec-

INDEX

F

fictio

I N D E X

I fran-

INDEX

G

H

I N D E X

I

com

INDEX

1 Infide-

INDEX

INDEX

4 Inter-

I N D E X

itin-

INDEX

INDEX

Iuramentum

INDEX

Iurans

I N D E X

Iurisdictio

Ius

INDEX

Legati

INDEX

Legiti-

Lex

Literę

M

INDEX

INDEX

N

INDEX

2 Nomi-

INDEX

INDEX

I N D E X

papa

INDEX

1 pauper-

4 Petens

INDEX

praeben-

INDEX

præ-

INDEX

priui-

INDEX

pro-

procu-

INDEX

Promo-

prote-

Rapina

Regula

INDEX

Renun-

I N D E X

Sacerdotio

I N D E X

simplicit

INDEX

Sponsus

Statu-

Statutum

INDEX

2 Tabellia

T

Termini

INDEX

Testa-

Teſtis

INDEX

V

INDEX

Verbum,

INDEX

Vnus

Vxor

FINIS.

